& si Confirmationis sacramentum in eo debeat iterari, qui per errorem fuit non chrismate, sed oleo delinitus. † Ad quod breviter duximus respondendum, quòd in talibus non est aliquid iterandum, sed cautè supplendum, quod incautè fuerat prætermissum.

¶ PITH. [1] *Innoc. III.*] *Helienſi Epiſcopo.*

II. HONORIUS III. Archiepiscopo London. [f] & ejus Suffraganeis. [2] [imò Capitulo Bremensi, c. an. 1221. *Romæ in Germaniam.*]

f *al.* ArchiepiſcopoLugdun. &c.

Prohibet ſepultos à Schiſmaticis exhumari, veſtimenta cum quibus celebrarunt, iterum benedici: & altaria in quibus celebrarunt, iterum conſecrari.

A Nobis humiliter quæsiviſtis, quid fieri debeat de Mortuorum corporibus, qui tempore schismatici & reprobi Vvaldemarii à Schismaticis sunt sepulti [g]: & de indumentis Sacerdotalibus, cum quibus, necnon de altaribus, in quibus degradati Presbyteri celebrarunt. † Nos autem inquisitioni vestræ breviter respondemus, quòd non credimus ob hoc dumtaxat Sepultos hujusmodi exhumandos; aut debere indumenta talia iterùm benedici; vel reconsecrari altaria supradicta.

g *In Codice Barbatiæ additur hæc verba:* utrùm debeant exhumari.

¶ PITH. [2] *Archiepiſcopo London. & ejus Suffraganeis.*] V. C. *Capitulo Bremenſi.* V. C. *Londenſi.* Crantius *cap.* 6. 14. 15. Dan. Metropol. *lib.* 7. *cap.* 31.

III. GREGORIUS IX. Archiepiscopo London. [h] [3] [c. an. 1228. *Romæ in Daniam.*]

h *al.* Lugdun.

Si in ordinatione Presbyteri, vel Diaconi, manûs impoſitio fuerit prætermiſſa; ſtatutis temporibus ſupplebitur.

PResbyter & Diaconus cùm ordinantur, manûs impositionem tactu corporali (ritu ab Apostolis introducto) recipiunt: quod si omissum fuerit; non est aliquatenus iterandum, sed statuto tempore ad hujusmodi Ordines conferendos cautè supplendum, quod per errorem extitit prætermissum [i]. Suspensio [k] autem manuum debet fieri, cùm oratio super caput effunditur Ordinandi.

i Vide *l. qui teſtamento, ff. de excuſ. tutor.*
k *al.* impoſitio. *al.* interpoſitio. *ſed in pluribus & vetuſtioribus*, ſuſpenſio.

¶ PITH. [3] *London.*] V. C. *Lunden.*

DE FILIIS PRESBYTERORUM ORDINANDIS VEL NON [a].

a *In uno vetuſtiſſimo ita:* De filiis Preſbyt. non ordinandis, nec in paternis Eccleſiis tolerandis. *In alio ita:* De filiis Presbyterorum, & aliis illegitimè natis ordinandis, vel non.

TITULUS XVII.

I. EX CONCILIO PICTA. [an. 1078. *in Gallia.*]

Illegitimus non ordinatur, niſi ut Religioſus fiat: nec tunc præficitur, id eſt, ad Prælaturam non habilitatur.

UT filii [b] [1] Presbyterorum, & ceteri ex fornicatione nati, ad sacros Ordines [c] non promoveantur: nisi aut Monachi fiant, vel in Congregatione Canonica regulariter viventes [d]: Prælationem verò nullatenus habeant. Sed neque Servi, nisi à Dominis suis libertate donentur.

b *Cap.* 1. *eod. tit. in* 1. *Compil.*
c gradus.
d vivant.

¶ PITH. [1] *Ut filii.*] Centur. *tom.* 12. *pag.* 589. Bal. *pag.* 217. vid. *l.* 44. *C. de Epiſc. & Cleric.*

II. ALEXANDER III. Lincon. [2] Electo. [c. an. 1176. *Romæ in Angliam.*]

Illegitimus filius Sacerdotis, qui hoc tacito per reſcriptum Apoſtolicum paternam Eccleſiam impetravit, removetur ab illa.

AD præsentiam [e] nostram accedens R. Presbyter, tacito, quòd esset filius Sacerdotis, impetravit à nobis ut in Ecclesia [3], in qua pater ejus ministravit, exsisteret Capellanus. † Ideòque mandamus, quatenus si tibi constiterit, quòd memoratus R. sit in Sacerdotio genitus, & quòd pater [f] in eadem Ecclesia ministravit; non obstantibus prædictis Literis nostris ipsum amoveas ab eadem.

e Poſt Conc. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 19. *c.* 3. & *cap.* 2. *eod. tit. in* 1. *Compil.*
f Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *in decret. de refor. cap.* 15. idem ſancivit.

¶ PITH. [2] *Lincon.*] Neubrig. *pag.* 156. *B. G. Lincoln. Epiſcopo.* Westmon. 52. Meminit Galfridi Lincoln. Electi. Catalog. 367. Bal. *pag.* 183. Centur. *tom.* 12. *pag.* 1076. 1272. 1275.

[3] *Eccleſia.*] V. C. *de Bileſtri.*

III. IDEM. [c. an. 1176. *Romæ in Angliam.*]

Non poteſt filius Sacerdotis Eccleſiæ paternæ præſſe. Hoc dicit cum ſeq.

PRæsentium [g] [4] autoritate jubemus, ut filios Sacerdotum in Ecclesiis paternis ministrare, vel eas qualibet occasione obtinere nullatenus patiaris: sed ipsos ab Ecclesiis, in quibus patres eorum ministrasse noscuntur, studeas penitùs amovere.

g Poſt Conc. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 19. *c.* 4. & *Cap.* 3. *eod. tit. in* 1. *Compil.* & Conc. Trid. proximè citatum. Conc. Lateran. ſub Innoc. III. *c.* 31.

¶ PITH. [4] *Præſentium.*] Arnulf. Lexov. *epiſt.* 114. *cap.* 7. *de teſtib. cap.* 14. *de purgat. can.*

IV. IDEM Vigoren. [5] Episcopo. [c. an. 1177. *Romæ in Angliam.*]

Idem dicit.

COnquerente [h] [6] nobis M. [7] Clerico, [*Et infrà a.*] † Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si publicum est & notorium, patrem R. Clerici habuisse in prædicta [i] Ecclesia Personatum; filium ejus ibidem ministrare, aut ejusdem Ecclesiæ Personatum habere nullatenus patiaris: & si jam institutus est ibi, eum inde non differas amovere.

h Poſt Conc. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 19. *c.* 1. & *Cap.* 4. *eod. tit. in* 1. *Compil.* Conc. Tolet. IX. *cap.* 10.
i præſcripta *in omnibus manuſcr.*

[*a Auribus noſtris innotuit, quòd cùm R. Presbyter Eccleſiæ B. Mariæ de Vic tamquam perſona diutiùs habuiſſet, & poſt mortem ejuſdem M.* [7] *à Richardo Paceſorde* [8] *domino fundi fuiſſet præſentatus; R. filius ejus Presbyteri in Sacerdotio genitus inſtitutionem ipſius Clerici niſus eſt impedire, & ad habendam eamdem Eccleſiam modis omnibus, quibus poteſt, aſpirat. Quoniam igitur indignum eſt, & Canonicæ obviat ſanctioni, ut filii debeant patribus ſuccedere in Eccleſiis; nos ad enormitatem iſtam eradicandam ſolicitè volentes & ditigenter intendere:*]

¶ PITH. [5] *Vigoren.*] *Vorgoren.* Matth. Paris *pag.* 605.

[6] *Conquerente.*] *cap.* 1. *de offic. Vicar.* Jungatur *cap.* 4. *de Cleric. conjugat. in I. Collect.*

[7] *M.*] *Malone.*

[8] *Paceſorde.*] V. C. *de Raſſeſoris.*

V. IDEM London. [k] [9] Episcopo. [c. an. 1177. *Romæ in Angliam.*]

k Lugdunenſi.

Epiſcopus, qui ſcienter contulit filio Sacerdotis paternam Eccleſiam, eximde eum removere non poteſt.

VEniens [l] [10] ad præsentiam nostram N. Clericus nobis proposuit, quòd cùm illum ad Capellam Sancti L. [10] quam ei concessisti, in Presbyterum ordinasses, ipsum eâ postea spoliasti, eò quòd pater ejus in prædicta [m] Ecclesia ministravit. † Ideóque Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si tibi innotuerit quando eam sibi dedisti, quòd pater ejus Presbyter in dicta Ecclesia ministrasset; ipsam ei restituas [n], & in pace dimittas, amoto alio, si quem institueris forsitan in eadem. Verùm si hoc ignorans fecisti [n]. ex quo ad Ecclesiam ipsam eum in Presbyterum ordinasti; eam sibi restituas, donec in alia Ecclesia sibi provideas, unde honestè valeat sustentari.

l Poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 19. *c.* 5. & *Cap.* 6. *eod. tit. in* 1. *Compil.*
m præſcripta, *in omnibus antiquis.*
n Vide *l.* 2. *ff. de jur. & facti. ignor. & l. ſi res obligata, ff. de leg.* 1.

¶ PITH. [9] *London.*] V. C. *Lundonienſi.*

[10] *Sancti L.*] V. C. *Laurentii de novo Burgo.*

VI. IDEM Oxon. [11] Episcopo [o]. [c. an. 1177. *Romæ in Angliam.*]

o Idem R. Exonienſi Epiſcopo.

Gratiam continet; & hoc dicit: *Ex quo filius Sacerdotis eſt ordinatus, non debet carere Beneficio.* Joan. And.

PRopositum [p] nobis R. Lator præsentium, quòd cùm ad Ecclesiam de Saleb. [q] [12] à domino fundi fuerit præsentatus; tu curam animarum noluisti tibi committere, pro eo quòd esset filius Sacerdotis. † Ceterùm quia indignum est, ut ipse postquam est in Subdiaconum ordinatus, omnino debeat Ecclesiastici Beneficii provisione carere; mandamus quatenus aliquem honestum Presbyterum cum assensu ejusdem Clerici invenire studeas, qui Ecclesiæ serviat supradictæ, ita quòd præfatus R. medietatem omnium Beneficiorum prædictæ Ecclesiæ, eidem in suo Ordine serviendo, pacificè debeat obtinere. Non enim solus Presbyter Missarum solennia, vel alia Divina officia potest sine Ministri suffragio celebrare.

p Poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 19. *c.* 6. & *Cap.* 7 *eod. tit. in* 1. *Compil.*
q Sal b. Salebi. Sabel.

¶ PITH. [11] *Oxonienſi.*] Westmonast. *pag.* 43. Roberti Oxonienſis meminit.

[12] *Saleb.*] *Salab. Salabera. Salabam.*

VII. IDEM Archiepiscopo Cantuarien. [r] [c. an. 1177. *Romæ in Angliam.*]

r Idem Venerabilibus Fratribus R. Cant. Archiepiſ. totius Angliæ Primati & Apoſt. S. Legato & R. Vilgoren. Epiſcopo: *ſic habet* 1. *Collectio.*

Filius præſſe poteſt Eccleſiæ, cui pater præfuit mediatè.

EX transmissa [s] conquestione G. Clerici percepimus, quòd ad Abbatis de Castris [13] præsentationem, in quodam Beneficio Ecclesiæ de N. [t] [14] eum in præsenti recipere dissentiisti, eò quòd pater ejus in præfata Ecclesia ministravit: quo defuncto media intercessit persona, cui prædictum Beneficium est collatum. † Ideóque mandamus, quatenus si est ita, prænominatum G. [15] ad præfatum Beneficium admittere non postponas, non ideò minùs observato Apostolici rescripti decreto, quod succellionem in Ecclesia Dei hereditariam detestatur.

s Caſan. *al.* Caſſien. Epiſcopo. *al* Catelhen. *al.* Caſſiano Arch.
t Poſt Conc. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 19. *c.* 8. & *Cap.* 8. *eod. tit. in* 1. *Compil.*

¶ PITH. [13] *Caſtris.*] V. C. *Caſt. Caſtini. Caſſini.*

[14] *de N.*] *Vinerton. A. Vvidon. B. Vvimberton.* dioecesis Vvintonienſis, quam sibi peculiarem asserit Cantuarienſis Archiepiscopus, & ab Episcopali & Archidiaconali quacumque jurisdictione separatam. *De Archiepiſc. Cantuar. Eccleſ.*

[15] *G.*] *A. R. Vvintonienſis.* Ricardi Vvinton. meminit Westmonast. 52.

VIII. IDEM Vigoren. Episcopo [16]. [c. an. 1188. *Romæ in Angliam.*]

Filius præſſe poteſt Eccleſiæ, in qua pater ſine Titulo miniſtravit.

COnstitutus [u] in præsentia nostra G. Clericus supplici nobis insinuatione monstravit, quòd cùm Capellam de Storton. [x] [17] canonicè fuisset adeptus, & eam pluribus annis pacificè possedisset; R. miles ipsum eâ sine judicio spoliavit. Cùmque memoratus Clericus exinde apud te depositisset querelam, objectum fuit ei, quòd pater suus in Capella ministravit eadem:

u *Cap.* 9. *eod. tit. in* 1. *Compil.* & poſt Conc. Later. ſub Alex. III. *p.* 19. *c.* 9
x *al.* de Cordbana.

ad se Vicariam ipsius asserit pertinere. [*Et infrà a.*]

† Fraternati tuæ mandamus, quatenus si constiterit tibi ipsum M. fuisse filium [m] Antonii, qui ejusdem Ecclesiæ habuit proximò Personatum; ei super eadem Vicaria perpetuum silentium imponere non postponas.

m *al.* N. ipſum filium fuiſſe, &c.

[*a Quia igitur in Eccleſia Succeſſiones in Prælaturis & Dignitatibus Eccleſiaſticis, Canonicis ſtatutis damnantur:*]

XIV. IDEM. [c. an. 1190. *ibid.*]

Illegitimè genitus, etiam de uxore, ſine diſpenſatione ad Ordines vel Beneficia promoveri non poteſt.

LIteras [n] [*Et infrà a.*] Intelleximus, quòd H. in Sacerdotio genitus, de uxore legitima natus & conceptus, assertavit à pueritia ministrare Domino in officio Clericali.

n Cap. 5. *eod. tit. in* 11. *Compil.*

† Verùm licet à filiis paterna incontinentia modis omnibus propellenda noscatur; si tamen aliter [o] dignus inventus fuerit, permittimus ipsum ordinari in Clericum, & ad Ecclesiasticum Beneficium (unde commodè sustentari valeat) promoveri.

o *In manuſcr. vetuſtioribus*, aliàs.

[*a Veſtræ Dilectionis accepimus, votum Latoris præſentium, & ejus originem continentes.*]

XV. INNOCENTIUS III. [fortè c. an. 1214. *Romæ.*]

Illegitimus, in Eccleſia paterna præbendari non debet.

CUm decorem [20] domûs Dei: *Et infrà.* Filiis Canonicorum Præbendas in eisdem Ecclesiis conferri non sinatis, quarum [p] sunt Canonici patres eorum. Cùm indecorum sit, ut in altaris officio illegitimus filius impudico patri ministret [q], in quo unigenitus Dei filius æterno Patri pro salute Humani generis victimatur.

p *al.* quorum.
q Vide not. per Bart. *in l. generaliter, §. cùm autem, C. de inſtit. & ſubſt. ſub condit. fac.*

¶ PITH. [20] *Cùm decorem.*] Crantius *Metrop. lib.* 7. *cap.* 4.

XVI. IDEM in Concilio Generali [r]. [an. 1215. *ibid.*]

r *cap.* 31.

Si illegitimus, maximè filius ſpurius, inſtituitur in Eccleſia, in qua inſtitutus eſt pater; inſtitutio non valet, & inſtituens à ſuis Beneficiis ſuſpendatur.

AD abolendam [s] [21] pessimam (quæ in pluribus inolevit Ecclesiis) corruptelam, firmiter inhibemus, ne Canonicorum filii, maximè spurii, Canonici fiant in secularibus Ecclesiis, in quibus instituti sunt patres eorum: Et [t] si fuerit contrà præsumptum, decernimus non valere. Qui verò tales (ut dictum est) canonicare præsumpserint, à suis Beneficiis suspendantur.

s Concordat. Concilium Trid. *ſeſſ.* 25. *de ref. c.* 15. & habetur *cap.* 1. *eod. tit. in* IV. *Compil.*
t *al.* Sed.

¶ PITH. [21] *Ad abolendam.*] Hildebert. *epiſt.* 53. 66. 607.

XVII. HONORIUS III. [u] [22] [c. an. 1220. *Romæ in Belgium.*]

u Decano Morienſi, & *in aliquot vetuſtis legitur*, Innocent. III.

Alius quàm Papa non diſpenſat, ut filius in Eccleſia paterna immediatè ſuccedat.

DIlectus filius G. Præpositus sanctæ Mariæ [23] transmissa nobis petitione monstravit, quòd cùm Virgilius Presbyter quamdam Ecclesiam curam animarum habentem, quam nullo medio habuit pater ejus, obtineat; ipsum monuit ut resignaret eamdem: sed idem asserens, quòd H. Remen. [x] Archiepiscopus, tunc Apostolicæ Sedis Legatus dispensavit cum eo, id efficere contradicit. † Quocirca mandamus, quatenus non obstante dispensatione aliqua, quæ à Sede Apostolica non manaverit; quod Canonicum fuerit (appellatione postposita) statuatis.

x *In multis antiquis legitur*, G. Remen.

¶ PITH. [22] *Honorius III.*] V. C. *Decano Morinenſi.*

[23] *Mariæ.*] V. C. *in Burgis.*

XVIII. GREGORIUS IX. Turonen. Archiepiscopo [y]. [c. an. 1228. *Romæ in Galliam.*]

y *al.* Archidiac.

Illegitimus abſque diſpenſatione Papæ ad Dignitatem, vel Perſonatum, vel Beneficium curatum, promoveri non poteſt.

NImis in tua provincia Ecclesiæ deformatur [z] honestas, ex eo quòd filii Sacerdotum, & alii non legitimè nati, ad Dignitates & Personatus *, & alia Beneficia curam animarum habentia, sine dispensatione Sedis Apostolicæ promoventur. † Quocirca mandamus, quatenus, prædictis personis à Personatibus, & Dignitatibus, & hujusmodi Beneficiis prorsùs amotis; ea personis idoneis conferri facias per illos, ad quos collationem ipsorum de jure noveris pertinere. Et ne id de cetero præsumatur, districtiùs inhibemus.

z *al.* diffamatur.
* Vide *l. pen. ff. de alim. & cibar. & leg. ſi filius, ff. de donat.*

DE SERVIS NON ORDINANDIS, ET EORUM MANUMISSIONE.

TITULUS XVIII.

I. EX CONCILIO TOLETANO [a]. [fortè c. an. 633. *in Hiſpania*]

a Cujus Concilii Toletani ſit nonàum intellexi: idem tamen Burch. *l.* 2. *c.* 28. & 29. & Ivo, *p.* 6. *c.* 129. & 130. & in 1. Compil. *eod. tit. cap.* 1. quibus locis eſt integrum decretum. Concord. Canon Apoſtol. 81. & Gelaſius Papa I. epiſtolâ quâdam Epiſcopis per Lucaniam, &c. *cap.* 16.

Servus ante plenam manumiſſionem ordinari non debet.

INstruendi [b] [1] [*Et infrà a.*] Fortè dicet aliquis: Clericus fieri non permittitur, nisi ante Clericatum ingenuitatis dignitate potiatur. Reverà verum dicit: Et ideò quod infirmari [c] vel vituperari poteſt, præcaveri debet.

b *al.* inſtituendi.
c *al.* infamari.

Celeſtinus III.
i *Cap.* 4. *eod. tit. in* II. *Compil.*

k Coronen. *al.* Toron.
l *al.* N.